Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Liber primvs

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

# LVCII FLORI GESTORVM ROMANORVM EPITOMA INCIPIT LIBER I.

## PREFATIO.

P Opulus Romanus rege Romulo ī Cæſarē Auguſtum ſeptingētos ꝑ annos: tantū opeꝶ pace belloq; geſſit: ut ſiqs magnitudinē īperii cū annis conferat/ ætatē ultra putet: ita late ꝑ orbē terrarū arma circūtulit: ut q res eius legunt: nō unius populi/ſed generis hūani facta diſcāt. Nā tot laboribus ꝑiculiſq; iactatus eſt/ut ad cōſtituendū eius īperium cōtendiſſe uirtus & fortuna uiderent. Quare cū ꝑcipue hoc quoq; ſicut cætera operæ ꝑcium ſit cognoſcere: tamē qa ipſa ſibi obſtat magnitudo/rerūq; diuerſitas/aciem intentōis abrūpit: faciā qđ ſolēt: q terraꝶ ſitus pingūt/ ī breui qſi tabella totā eius imaginē amplectar: nō nihil ut ſpero ī admirationē pricipis populi collaturus: ſi parit atq; ī ſemet uniuerſam magnitudinē eius oſtendero. Si qs ergo populū Ro. qſi hoīem cōſideret: totāq; eius ætatem ꝑcenſeat: ut cœpit: utq; adoleuerit/ ut qſi ad qndā iuuētæ florē ꝑuenerit: ut poſtea uelut cōſenuerit: qtuor gradus ꝓceſſuſq; eius inueniet. Prima ætas ſub regibus fuit ꝓpe ccl. ꝑ annos/qbus circū ipſam matrē ſuam cū finitimis luctatus eſt. Hæc erit eius infantia: Seqns a Bruto Collatioq; conſulibus/ī Appiū Claudium Quītum Fuluiū cōſules. cc. annos patet: qbus/ Italiā ſubegit. Hoc fuit tp̄s uiris armiſq; incitatiſſimum. Ideo qs adoleſcentiā benedixerit. Dehic ad cæſarem Auguſtū. ccl. anni: qbus totū orbem pacauit: hic iam ipa iuuēta impii & quaſi qdā robuſta maturitas: A Cæſare Auguſto ī ſæculū nr̄m: aut nō multo minus anni. cc. qbus inertia Cæſaꝶ qſi conſenuit atq; decoxit: niſi ꝙ ſub Traiāo principe mouet lacertos: & præter ſpem omnium ſenectus imperii quaſi reddita iuuentute reuireſcit.

LIBER
## TITVLVS PRIMVS DE ROMVLO.

Rimus ille & urbis & ĩpii conditor Romulus fuit a
P Marte genitus & Rhea Siluia: hæc de ſe ſacerdos
grauida confeſſa eſt: nec mox fama dubitauit: cum
Amulii ĩpio abiectus ĩ ꝓfluentẽ cũ Remo fratre nõ
potuit extigui: ſiqdẽ & Tyberinus amnẽ repſſit: & relictis catu/
lis lupa uagitũ ſecuta/ubera admouit ĩfantibus/matrẽq; ſe geſ/
ſit. Sic reptos ap̃ arborem/ Fauſtulus regis paſtor tulit in caſam/
atq; educauit. Alba tũc erat Latio caput/ Iuli opus: nã Lauiniũ
pr̃is Aenæ cõtempſerat: ab his Amulius iã ſeptia ſobole regna/
bat: fratre pulſo Numitore cuius ex filia & Romulus. Igit̃ pria D
iuuẽtæ face patruũ Amulium ab arce deturbat auũ repõit: ipſe
flũinis amator & mõtiũ: ap̃ quos erat educatꝰ mænia nouæ ur/
bis agitabat: Gemini erãt: uter auſpicaret̃ & regeret/ adhibuere
piacula. Remus montẽ auentinũ: hic Palatinũ occupauit: prior
ille ſex uultures: hic poſtea: ſed. xii. uidit. ſic uictor augurio urbẽ
excitat: plenus ſpei bellatricem fore. ita illi/ aſſuetæ ſanguini &
predæ aues pollicebant̃: Ad tutelã nouæ urbis ſufficere uallũ ui/
debat̃: cuius dũ irridet anguſtias Remus/ idq; ĩcrepat ſaltu: du/
biũ an iuſſu fratris occiſus ẽ: pria certe uictia fuit: mũitionemq;
urbis nouæ ſanguie ſuo cõſecrauit Imaginẽ urbis magis q̃ ur/
bẽ fecerat: ĩcole deerãt/erat ĩ ꝓxio lucus. hũc Aſylũ facit: & ſta/
tim mira uis hoĩum latini tuſciq; paſtores: quidã & trãſmarini
phryges: q ſub Aenæa. Archades q ſub Euãdro duce ĩfluxerãt.
Ita ex uariis q̃ſi elemẽtis cõgregauit corpus unũ/ populũq; Ro/
manũ ipſe fecit/ Res erat unius ætatis. Populus uirorum. Itaq;
mr̃imonia a finitimis petita: qa nõ ĩpetrabant̃: manu capta ſũt.
Simulatis quippe ludis equeſtribus: uirgines quæ ad ſpectacu/ E
lũ uenerãt p̃dæ fuere: & hæc ſtatim cauſa bellorũ. Pulſi fugatiq;
Veiẽtes Ceniẽſium captum ac dirutum eſt oppidum: ſpolia in/
ſuper opima de rege: Feretrio Ioui manibus ſuis rex reportauit
Sabinis ꝓditæ portæ per uirginẽ/nec dolo: ſed puella preciũ rei
quã gerebãt ĩ ſiniſtris petierat: dubiũ clypeos an armillas: Illi ut

& fidem ſoluerẽt & ulciſcerent/clypeis obruere: Ita admiſſis in-
tra mænia hoſtibus: atrox ĩ ipſo foro pugna: adeo ut Romulus
Iouẽ oraret: ut fœdam ſuorꝫ fugã ſiſteret. Hic templũ eſt: Stator Alia littera
F Iuppiter: tandem ſeuiẽtibus ĩteruenere rapte laceris comis. Sic figeret,
pax facta cũ Tatio: fœduſqꝫ ꝑcuſſum: ſecutaqꝫ res mira dictu: ut
relictis ſedibus ſuis: nouã in urbẽ hoſtes demigrarent: & cũ ge-
neris ſuis auitas opes ꝓ dote ſociarẽt. Auctis breui uiribus hũc
rex ſapiẽtiſsimus ſtatũ reip. ĩpoſuit: ut iuuẽtus diuiſa ꝑ tribus ĩ
equis & ĩ armis ad ſubita bella excubaret. Conſiliũ reip. pœnes
ſenes: eẽt: q ex auctoritate pres: ob ætatem: ſenatus uocabantur.
His ita ordĩatis: cũ repẽte cõcionem hrẽt: ante urbẽ apꝫ Capreæ
paludem a cõſpectu ablatus eſt. Diſcerptũ aliq a ſenatu putant
ob aſpius ingeniũ: ſed oborta tempeſtas ſoliſqꝫ defectio conſe-
crationis ſpeciem ꝑbuere. Cui mox Iulius Proculus fidem fecit
uiſum a ſe Romulũ affirmans: auguſtiore forma q̄ fuiſſet: man-
dare ꝑterea ut ſe pro numine accipent. Quirinũ in cœlo uocari
placidũ diis: ita gentium Roma potiretur.

## DE NVMA POMPILIO. TITVLVS II.

S Vcceſſit Romulo Numa Põpilius: quem Curibus
Sabinis agentẽ ultro petiuere: ob ĩclytam uiri religi-
onem. Ille ſacra & cerimonias oẽmqꝫ cultum deorꝫ
ĩmortaliũ docuit: ille Pontifices: Augures. Salios:
cæteroſqꝫ ꝑ ſacerdotia: annũ quoqꝫ ĩ. xii. menſes: faſtos dies ne-
faſtoſqꝫ deſcripſit. Ille Ancilia atqꝫ Palladiũ ſecreta ꝗdã imperii
pignora/Ianumqꝫ geminũ: fidẽ pacis ac belli: in primis focum
Veſtæ uirginibus colẽdũ dedit: ut ad ſimulacrũ celeſtium ſyde-
rum/cuſtos imperii flãma uigilaret. Hæc oĩa quaſi monitu deæ
Egeriæ quo magis barbari acciperent: eo deniqꝫ ferocem popu-
lũ redegit: ut qđ ui & iniuria occupauerat imperium/religione
atqꝫ iuſtitia gubernaret.

## DE TVLLO HOSTILIO TI. III.

E Xcipit Pompilium Numá Tullus Hoſtilius: cui in honorẽ uirtutis regnũ ultro datũ: hic oẽm militarẽ diſciplinã: artemq bellandi condidit. Itaq mirum ĩmodũ exercita iuuentute: ꝓuocare auſus Albanos grauẽ & diu principem populũ. Sed cũ pari robore freq̃ntibus prelĩs utriq cõminuerent: miſſo in compendiũ bello Horatiis Curiatiiſq trigeminis hinc atq inde fratribus utriuſq populi fata cõmiſſa ſunt. Anceps & pulchra cõtentio: exituq ĩpo mirabilis: tribus q̃ppe illĩc uulneratis: hinc duobus occiſis / q ſuperat Horatius addito ad uirtutẽ dolo: ut diſtraheret hoſtẽ: ſimulat fugã: ſinguloſq ꝓut ſequi poterãt adortus exuꝑat. Sic (rarꝫ aliãs decus) unius mãu parta uictoria eſt: quã ille mox parricidio fœdauit. Flentẽ ſpolia circa ſe ſponſi q̃dẽ ſed hoſtis / ſororem uiderat: hunc tã ĩmaturũ uirginis amorẽ ultus eſt ferro: citauere leges nefas ſed abſtulit uirtus parricidiũ / & facinus ĩtra gloriã fuit: Nec diu in fide mãſit Albanus: nã fidẽati bello miſſi in auxiliũ ex fœdere medii ĩter duos expectauere fortunã. Sed rex callidus ubi inclinare ſe ſocios ad hoſtẽ uidet: tollit aĩos / q̃ſi ipẽ mãdaſſet: ſpes inde nr̃is: metus hoſtibus. Sic fraus proditorũ irrita fuit. Itaq hoſte uicto ruptorẽ fœderis Metium Suffetũ religatum ĩter duos currus ꝑnicibus eq̃s diſtrahit: Albãq ĩpam q̃uis parentẽ emulã tamen diruit: prius cũ oẽs opes urbis ĩpmq populum Romã tranſtuliſſet. Prorſus ut cõſanguinea ciuitas non periiſſe ſed in ſuũ corpus rediiſſe rurſus uideret.

## DE ANCO MARTIO TI. IIII.

A Ncus deinde Martius nepos ex filia Põpilii pari ingenio: hic igit̃ & mænia muro amplexus ẽ: & interfluentem urbi tyberinũ põte cõmiſit: Hoſtiamq ĩ ĩpſo maris fluminiſq confinio coloniã poſuit: iam tũ uidelicet preſagiens animo futurum: ut totius mundi opes &

Pons Sublicius Liui.

cõmeatus illo ueluti maritimo urbis hoſpitio reciperentur.

## DE TARQ VINIO PRISCO TI. V.

T Arquinius poſtea Priſcus q̃uis trãſmariæ originis/ regnũ ultro petẽs/accipit/ob induſtriã atq; elegantiam: qppe q oriundus Corintho Græcũ ingeniũ Italicis artibus miſcuiſſet. Hic & ſenatus maieſtatẽ nũero ampliauit:& cẽturiis tribus auxit:quãuis Actius Nauius Nenius di-
nũeq; augeri ꝓhibebat ſummus Augurio:quẽ rex ĩ expimentũ oniſio.
rogauit:fieri ne poſſet:qđ ipſe mẽte concepat. Ille rem expertus Augurio poſſe reſpondit:atq; hoc inqt agitabam:an cotẽ illam ſecare nouacula poſſem: Augur potes ergo inqt: & ſecuit. Inde Romanis ſacer auguratus. Neq; pace Targnius q̃ bello promptior. xii. namq; Tuſciæ populos frequẽtibus armis ſubegit: & inde faſces:trabeæ:curules:anuli:falere:paludamẽta:ꝑtexta:ideq; aureo curru q̃tuor eqs triumphaᷓ:togæ pictæ: tunicæq; palmate:oĩa deniq; decora & ĩſignia:qbus ipĩi dignitas eminet.

## DE SERVIO TVLLIO TI. VI.

S Eruius tullius deinceps gubernacula urbis ĩuadit: nec obſcuritas ĩhibuit q̃uis mře ſerua creatum. Nã ob eximiam ĩdolem uxor Targnii Tanaql liberaliť educauerat/& clarum fore uiſa circa caput flammã ꝑmiſerat. Ergo inter Targnii mortem/admittẽte regia ſubſtitutus ĩ locum regis quaſi ad tempus: Regnum dolo partum ſic egit ĩduſtria ut iure adeptus uideretur: Ab hoc populus Ro. relatus in cenſum:digeſtus in claſſes: curiis atq; collegiis diſtributus:ſummaq; regis ſolertia ita eſt ordinata reſp. ut omnia patrimonii:dignatis ætatis:artium/officiorũq; diſcrimina ĩ tabulis referenť:acſi maxĩa ciuitas minĩe domus diligẽtia cõtinereť.

## DE TARQVINIO SVPERBO TI. VII.

P Oſtremus omniũ fuit regum Tarqnius cui cognomẽ ſuperbo ex moribus datũ: hic regnũ auitũ: qđ a Seruio tenebať: rape maluit: q̃ expectare: imiſſiſq; in eũ pcuſſoribus ſcelere partam poteſtatẽ, nõ melius egit: q̃ acquiſierat: nec abhorrebat moribus uxor Tullia q̃ ut uirũ regẽ ſalutaret: ſup cruentum pſm uecta carpento, cõſternatos equos egit. Sed ip̃e in ſenatũ cedibus, in oĩs ſupbia q̃ crudelitate grauior in bonos craſſatus, cũ ſeuitiã iam domi fatigaſſet tandẽ in hoſtes cõuerſus ẽ: ſic ualida oppida in latio capta ſunt. Ardea Otriculũ: Gabii: Sueſſa: Põetiæ: Tũ quoq; cruẽtus in ſuos: neq;.n. filiũ uerberare dubitauit: ut ſimulãti tranſfugam ap̃ hoſtes hĩc fides eẽt cui Gabiis ut uoluerat recepto atq; p nũcios cõſulenti qđ fieri uellet. eminẽtia forte papauerum capita uirgula excutiẽs, cũ per hoc ĩterficiẽdos eſſe pricipes intelligi uellet, q̃ ſupbia ſic reſpondit: Tamẽ demanibus captaꝝ urbiũ templum erexit: qđ cũ ĩaugurareť: cedẽtibus cæteris deis (mira res dictu) reſtitere Inuẽtas & terminus. Placuit uatibus cõtumacia numinũ ſiqdem firma oĩa & æterna pollicebanť: ſed illud horrendũ ꝙ moliẽtibus ſedẽ in fundamẽtis, humanũ reptum ẽ caput: nec dubitauere cũcti mõſtrum pulcherrimũ, impii ſedẽ caputq; terrarũ ꝑmittere: tãdiu ſuperbiã regis populus Ro. ꝑpeſſus ẽ: donec aberat libido: hanc ex liberis eius ĩportunitatẽ tolerare non potuit: quoꝝ cũ alť ornatiſſime fœminæ Lucretiæ ſtuprũ ĩtuliſſet matrona dedecus ferro explauit: Impiũ tũ regibꝰ abrogatũ.

Alia littera (quæ crudelitate grauior ẽ bonis)

## ANACEPHALEOSIS DE ſeptẽ regibus. Titulus. VIII.

H Aec ẽ prima ætas populi Ro. & q̃ſi infantia, quã habuit ſub regibus ſeptẽ: quadã fatoꝝ induſtria, tã uariis ĩgenio, ut reip. rõ & utilitas poſtulabat. Nã qd Romulo ardẽtius: tali opus fuit ut ĩuaderet regnũ.

Quid Numa religioſius: talē res popoſcit: ut ferox populus de
orum metu mitigaret. Quid ille militiæ artifex Tullus bellato
ribus uiris quam neceſſarius: ut acueret rōe uirtutem. Quid edi
ficator Ancus: ut urbē colonia extenderet: ponte iūgeret: muro
tueret. Iam uero Tarqnii ornamēta & īſignia q̃tā prīcipi popu
lo addiderūt/ex ipſo habitu dignitatē. Actus a Seruio cēſus qd
effecit: niſi ut ipā ſe noſceret reſpu. Poſtremo ſupbi illius īportu
na dominatio/nō nihil īmo uel plurimū ꝓfuit. Sic.n.effectū ē:
ut agitatus iniuriis populus cupiditate libertatis incēderet.

## DE MVTATIONE REIPVBLICE TI. IX.

I Gitur Bruto Collatinoqꝫ ducibus & auctoribus: q
bus ultionē ſui moriens matrona mandauerat. Po
pulus Ro. ad uindicandū libertatis ac pudicitiæ de
cus: quodā quaſi inſtinctu deoꝝ concitatus: regem
repente deſtituit: bona diripit: agrū Marti/ſuo conſecrat: impiū Martius de
in eoſdem libertatis ſue uindices transfert. Mutato tamen & iu inde cāpus
dice & nomine/qppe ex ꝑpetuo annuū placuit: ex ſingulari du fuit. Liuio.
plex: ne poteſtas ſolitudie uel mora corrūperetur. Cōſuleſqꝫ ap
pellauit pro regibus: ut cōſulere ſe ciuibus ſuis debere meminiſ
ſent. Tātumqꝫ libertatis nouæ gaudium inceſſerat: ut uix muta
ti ſtatus fidem caperent: alterumqꝫ ex conſulibus tantum ob no
men & genus regium/faſcibus abrogatis urbe dimitterēt. Itaqꝫ
A ſubſtitutus Valerius publicola/ex ſummo ſtudio annixus eſt ad
augendam liberi populi maieſtatem: nam & faſces ei pro libera
concione ſubmiſit: & ius prouocationis aduerſos ipſos dedit:
& ne ſpecie arcis offenderet: eminentes ædes ſuas in plana ſub
miſit. Brutus uero fauori ciuium eēt domus ſuæ clade & parri
cidio uellificatus eſt: quippe cum ſtudere reuocandis in urbem
regibus liberos ſuos compiſſet: ꝓtraxit in forum: & concione
media uirgis cecidit: & ſecuri percuſſit: ut plane publicus pens
in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum. R. uideretur. Li
ber iam hinc po. Ro/prima aduerſus exteros arma pro liberta

te corripuit:mox pro finibus : deinde pro ſociis:cum gloria &
imꝑio laceſſentibus aſsidue uſq; quaq; finitimis:qppe cũ patrii
ſoli gleba nulla eſſet:ſed ſtatim pomerium/mediuſq; iter lacium
& Tuſcos q̃ſi in quodã biuio collocatus/oĩbus portis ĩ hoſtem
incurreret/donec q̃ſi cõtagione q̃dam ꝑ ſingulos itũ eſt, & pro-
ximis qbuſq; corruptis totã italiam ſub ſe redegerunt.

## BELLVM ETHRVSCVM cum Porſenna Titulus X.

P Vlſis ex urbe regibus prima ꝑ libertate arma cor-
ripuit:nã Porſenna rex Ethruſcoꝝ ĩ gẽtibus copiis
aderat : & Targnios manu reducebat. Hũc tñ q̃uis
& armis & fame urgeret:occupatoq; Ianiculo ipſis
urbis faucibꝰ ĩcubaret:ſuſtinuit:reppulit:nouiſſime etiã tãta ad
miratiõe ꝑculit:ut ſuꝑior ultro cum pene uictis amicitiæ federa
feriret. Tunc illa Romana ꝑicula atq; miracula Hora. Mutius.
Cloelia: que niſi in annalibus forent:hodie fabulæ uiderentur.
Quippe Horatius Cocles poſtq̃ hoſtes undiq; ĩſtãtes ſolus ſub
mouere nõ poterat:põte reciſo trãſnatat Tyberim:nec arma di-
mittit. Mutius ſceuola regem ꝑ inſidias ĩ caſtris eius aggredit:
ſed ubi fruſtratũ circa purpuratum eius ictum tuetur : ardenti-
bus focis iniicit manũ:terroremq; geminat dolo: Vt ſcias ingẽ
quem uirũ effugeris : idem trecẽti iurauimus. Cũ interim(ima-
ne dictu)hic interfectus : ille trepidaret tanq̃ manus regis arde-
ret. Sic quidem uiri. Sed ne qs ſexus a laude ceſſaret, ecce & uir-
ginũ uirtus. Vna ex obſidibus regi data elapſa cuſtodiã Cloe-
lia per patrium flumen equitabat : & re quidem tot tantiſq; uir-
tutum territus monitis/ualere liberoſq; eſſe iuſſit. Targni : tam
diu dimicauerunt:donet Arontem filium regis/manu ſua Bru-
tus occidit : ſuperq; ipſo mutuo uulnere expirauit. Plane quaſi
adulterum ad inferos uſq; ſequæretur.

## BELLVM LATINVM TI. XI.

LAtini quoq; Tarqnios aſſerebant emulatiõe & inuidia: ut populus q foris dominabat̃ ſaltem domi ſeruiret. Igitur omne Latium Manilio Tuſculano duce q̃ſi in regis ultionẽ tollit aĩos. Apud Regilli lacũ dimicat̃ diu Marte uario: donec Poſthumiꝰ ipẽ Dictator ſignũ ĩ hoſtes iaculatus eſt: nouũ & ĩſigne cõmentũ uti peterent curſu. Coſſus eqtũ magiſter exuere frenos impauit: & hoc nouũ quo acrius incurrerẽt: ea demũ atrocitas fuit prelii: ut interfuiſſe ſpectaculo deos fama tradiderit: Duos in cãdidis eqs Caſtorẽ atq; Pollucem nemo dubitauit. Itaq; & ĩpator ueneratus ẽ: pactuſq; uictoriã/templa ꝓmiſit & reddidit ſane/quaſi cõmilitõibus deis ſtipendiũ. Hactenus ꝓ libertate: mox de finibus cũ eiſdẽ Latinis aſſidue & ſine intermiſſione pugnatũ eſt. Sora (qs cedat) & Algidũ terrori fuerunt. Satricũ atq; Corniculum ꝓuinciæ: de Veiis & Bouillis pudet ſi triũphauimus. Tibur/nũc ſuburbanũ & eſtiuæ Preneſte delitiæ nũcupat[ ĩ Capitolio uotis petebant̃. Idem tũc Feſule qḋ Taphræ nup. Idem nemus Aticinum qḋ Taphræ. Hercinius ſaltus: Fregellæ: qḋ Geſoriacum/qḋ Tigris/qḋ Eu Hermolao. frates. Coriolos quoq; proh pudor uictos adeo gloriæ fuiſſe: in Pompo. ut captũ opidum. CN. Martius Cariolanus q̃ſi Numantiã aut li. ii. Africam noĩe indueret. Extant & ꝑta de Antio ſpolia/ q̃ mænibus ĩ ſuggeſtu fori/capta hoſtiũ claſſe/ſuffixit: ſi tũ illa claſsis: nã ſex fuere Roſtratæ: ſed hic nũerus illis initiis nauale bellum fuit. Peruicacisſimi tũ latinoꝝ Equi: & Volſci fuere: & quottidiani:

A ut ſic dixerĩ: hoſtes. Sed hos p̃cipue Titus Quintius domuit ille dictator ab aratro: q obſeſſa ac pene iam capta Marci Minutii cõſulis caſtra/egregia uirtute ſeruauit. Mediũ erat forte tempus ſemẽtis cum patriciũ uiꝝ innixum aratro ſuo/ lictor in ip̃o ope dep̃hendit. Inde in aciẽ ꝓfectus: ne qd a ruſtici opis imitatiõe ceſſaret: uictos more pecudũ ſub iugũ miſit. Sic expeditione finita rediit ad boues rurſus triũphalis agricola: Fides numinũ/ qua uelocitate intra. xv. dies cæptum peractumq; bellum/prorſus ut feſtinaſſe dictator ad relictum opus uideretur.

## BELLVM CVM ETHRVSCIS: FALIS/CIS: ET FIDENATIBVS. TI. XII.

A Sidui uero & anniuerſarii hoſtes ab Ethruria fuere
Velētes: adeo ut extraordinariā manum aduerſus
eos ꝓmiſerit/ priuatūq; geſſerit bellū gens una Fa/
biorum ſatis ſuperq; idonea clades/ ceſi ap̄ Creme/
ram trecenti & ſex/ patricius exercitus: & ſcelerato ſignat̄ noīe q̄
ꝓficiſcentes in preliū porta dimiſit: Sed ea clades ingētibus ex/
piata uictoriis: poſtq̄ per alios atq; alios duces robuſtiſſima ca/
pta ſunt oppida uario qdem euētu. Faliſci ſe ſpōte dediderunt:
Cremati ſuo igne Fidenates. Rapti funditus deletiq;. Veientes
Faliſci cū obſiderent: mira uiſa eſt fides impatoris: nec ī merito:
q; Ludimagiſtrū urbis proditorē cū his quos adduxerat pueris
uinctū ſibi ultro remiſiſſet Eam nāq; Furius Camillus uir ſan/
ctus & ſapiens ſciebat uerā eſſe uictoriam q̄ ſalua fide & integra
dignitate pararet̄. Fidenæ qa pares nō erant ferro: ad terrorem
mouendū facibus armatæ: & diſcoloribus ſerpentū ī modū ul/
tis furiali more ꝓceſſerāt: ſed habitus ille feralis euerſiōis omen
fuit. Veientiū q̄ta res fuerit īdicat decēnis obſidio. Tūc primū
hyematū ſub pellibus. Taxata ſtipēdio hyberna: adactus miles
ſua ſponte iureiurādo niſi capta urbe nō remeare: Spolia de La/
erte Tolūnio rege ad Eeretriū reportata: Deniq; non ſcalis: nec
īrruptiōe: ſed cuniculo & ſubterraneis dolis peractū urbis exci
diū: ea deniq; uiſa ē predæ magnitudo: ut ei⁹ decimæ Apollini
Pythio mitteret̄. Vniuerſuſq; po. R. ad direptionē urbis uoca/
ret̄. Hoc tūc Veientes fuere: nunc fuiſſe qs meminit: q̄ relequiæ:
quodue ueſtigiū. laborat ānaliū fides: ut Veios fuiſſe credam⁹.

## BELLVM GALLICVM. TI. XIII.

H Inc ſiue īuidia deū/ ſiue fato rapidiſſimus ꝓcurrētis
imperii curſus/ parūper Gallorū Senonū incurſiōe
ſupprimit̄. Quod tēpus populo R. neſcio utrū cla/
de funeſtius fuerit: an uirtutis exprimētis ſpecioſius. Ea certe ſu

ſit uis calamitatis: ut ĩ experimẽtum illatam putẽ diuinitus/ſcire
uolentibus ĩmortalibus diis/an romana uirtus impiũ orbis me/
A tereť. Galli ſenones gẽs natura ferox: moribus ĩcõdita: ob hoc
ĩpa corporũ/mole: pĩnde ac armis ingẽtibus adeo oĩ genere ter/
ribilis fuit/ut plane nata ad hoĩum interitum: urbiũ ſtragem ui/
dereť. Hi quondã ab ultimis terrarꝫ oris cũ cingerent oĩa ocea/
no ingẽti agmine ꝓfecti: cum iã media uaſtaſſent poſitis iter al
pes & Padũ ſedibus: ne his qdẽ contenti/ꝑ Italiã uagabanť. Tũ
Cluſiũ oppidũ obſidebãt Pro ſociis ac federatis P.R. iteruenit.
Miſſi ex more legati: ſed qđ ius apꝫ Barbaros? Ferocius agunt:
mouẽt exĩde certamẽ. Cõuerſis igiť a Cluſio Romãqꝫ uenĩẽti/
bus: ad Alliã flumẽ cũ exercitu Fabius cõſul occurrit: Non Cre/
meræ fædior clades. Itaqꝫ hũc diẽ faſtis Roma mãdauit. Fuſo Allieſſis di/
exercitu/ iã mænibꝰ urbis appropinqbãt. Erãt nulla ꝑſidia. Tũ ctus Ceci/
igiť aut nunq̃ alias apparuit uera illa Romana uirtus. Iãpridẽ lio.
maiores natu ãpliſſimis uſi honoribꝰ ĩ forũ cocũt: ibi deuouẽte
Põtifice: diis ſe manibus conſecrãt. ſtatimqꝫ ĩ ſuas qſqꝫ ædes re/
greſſi ſicut in trabeis erant: & ampliſſimo cultu: in curulibus ſel/
lis ſeſe poſuerunt ut cum ueniſſet hoſtis/ in ſua dignitate more/
rentur. Põtifices & flamĩes qcquid religioſiſſimi ĩ templis erat:
partim in doliis defoſſa terra recondunt: partim impoſita plau/
ſtris ſecum auferunt. Virgines ſimul ex ſacerdotio Veſtæ nudo
pede fugientia ſacra comitantur: tũ excepiſſe fugientes unus e
plebe fertur Albinus qui depoſitis uxore & filiis: uirgines ĩ plau
ſtrum recepit. Adeo tũ quoqꝫ in ultimis religio publica priua/
tis affectibus antecellebat. Iuuẽtus uero: quam ſatis conſtat uix
mille hoĩum fuiſſe: duce Manlio arcẽ Capitolini mõtis inſedit:
obteſtata ipm̃ quaſi preſentẽ Iouẽ: ut quẽadmodũ ipſi ad defen
dendũ templũ eius cõcurriſſent: ita ille uirtutem eorũ numine
B ſuo tuereť. Aderant interim Galli: apertãqꝫ urbẽ/primo trepidi
ne q ſubeſſet dolus: mox ubi ſolitudinem uident: pari clamore
inuadũt/ patẽtes paſſim domos adeũt ubi ſedẽtes in curulibus
ſuis pretextatos ſenes: uelut deos Genioſqꝫ uenerati: mox eoſ/
dem poſtq̃ eſſe homines liquebat: alioquin nihil reſpondere di/
gnantes /pari uecordia mactant: faſceſqꝫ tectis iniciũt: & totã

urbē igne:ferro:manibus exæquāt:ſex menſibus Babari ꝗs cre/
deret:circa montē unū pepēderunt:nec diebus modo ſed nocti
bus omnia expti. Cum tū Mālius nocte ſubeuntes clangore an/
ſeris excitatus a ſumma rupe deiecit & ut ſpem hoſtibus deme/
ret: ꝗquam in ſumma fame: tū ad ſpem fiduciæ panes ab arce
iaculatus ē. Et ſtato quodam die per medias hoſtium cuſtodias
Fabium pontificem ab arce demiſit: qui ſolenne ſacrū ī grinali
monte cōficeret. Atqꝫ ille ꝑ media hoſtiū tela incolumis religio/
nis auxilio rediit: ꝓpiciosqꝫ deos renunciauit: Nouiſsime cū iā
obſidione ſua Barbaros fatigaſſet: mille pōdo auri receſsū ſu/
um uendicātes: id ꝙ ipm ꝑ inſolentiam cū ad iniq̄ pondera ad/
dito adhuc gladio: ſupbe uictos itercreparent: ſubito aggreſſus
a tergo Camillus adeo cecidit: ut oīa īcendioꝝ ueſtigia Gallici
ſanguinis inmūdatiōe deleret. Agere gratias diis īmortalibus
ꝓ ipo tante cladis noīe libet. Paſtorum caſas ignis ille & flāma
paupertatē Romuli abſcōdit. Incēdium illud qd egit aliud niſi
ut deſtinata hoīum ac deoꝝ domicilio ciuitas nō deleta nō ob/
ruta ſed expiata potius & illuſtrata uideat. Igitur poſt aſſertā
Manlio: reſtitutā a Camillo urbem acrius ēt uehemētiusqꝫ fini/
timos reſurrexit. Ac primū omnium illā ipſam Gallicā gentem
non cōtentus menibus expuliſſe: cum per Italiam naufragia ſua
latius traheret: ſic pſecutus ē duce Camillo: ut hodiæ nulla Se/
nonū ueſtigia ſupſint. Semel ap̄ Anienē trucidati: cū ſingulari C
certamine Mālius aureum torquē Barbaro inter ſpolia detraxit
Inde Torquati. Iterū Pontino agro cū in ſimili pugna Lutius
Va. iſidēte galeæ ſatyria alite adiutus retulit ſpolia Et ide Cor/
uini. Nec nō tamē poſt aliquot annos oēs religas corū ī Ethru/
riā ad lacum Vadimonis Dolobella deleuit: nequis extaret ī ea
gente: qui incenſam a ſe Romanā urbem gloriaretur.

## BELLVM LATINVN TI. XIIII.

C Onuerſus a Gallis ī latios / Mālio torquato: Decio
Murena cōſulibus / ſemp qdem emulatiōe imperii
& magiſtatuū infeſtos: tū uero contēptu urbis incen

ſæ: cũ ius ciuitatis/ꝑtem imperii/ac magiſtratuũ poſcerent: pari impio atq; iá amplius q̃ congredi auderent/quo tꝑe quis ceſſiſſe hoſtẽ mirabitur: Cũ alter cõſulum filiũ ſuum qa contra imperium pugnauerit q̃uis uictorem occiderit/ quaſi plus ĩ imperio eſſet: quã ĩ uictoria. Alter q̃ſi monitu deoꝝ capite uelato primũ ante aciẽ diis manibus ſe deuouerit: ut incõfertiſsima ſe hoſtiũ tela iaculatus: nouũ ad uictoriã iter ſanguis ſui ſemita aperiret.

## BELLVM SABINVM TI. XV.

A Latinis aggreſſus ẽ gentẽ Sabinorum: qui imemores facti ſub Tito Tatio affinitatis/ quodã cõtagio belli ſe Latinis adiũxerunt. Sed Curio Dẽtato cõſule: omnẽ eum tractũ quã Nar ambit fonteſq; Velini Adriatico tenus mari/igne ferroq; uaſtauit qua uictoria tãtum hominũ tantũ agrorũ redactum in ꝑtãtem: ut in utro plus eſſet ne ipſe poſſet exiſtimare: qui uicerat.

## BELLVM SAMNITICVM. TI. XVI.

P Recibus deinde Cãpanie motus nõ pro ſe: ſed qđ eſt ſpecioſius/ ꝑ ſociis Samnitas ĩuadit. Erat ſedus cũ utriſq; percuſſum: ſed hoc Cãpani ſãctius & prius oĩum ſuorum dedicatiõe fecerũt Sic ergo Romanus bellum Samniticũ tanq̃ ſibi geſſit. Omniũ nõ modo Italia: ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campanie plaga eſt: nihil mollius cœlo deniq; bis floribus uernat: nihil uberius ſole: ideo Liberi Cereriſq; certamen dicitur: nihil hoſpitalius mari: hic illi nobiles portus: Caieta Miſenus: & tepentes fontibus Baie: Lucrinus & Auernus/q̃dam maris ocia: hic amicti uitibus montes Gaurus: Falernus. Maſsicus & pulcherrimus oĩum Veſuuius Aetnei ignis imitator. Vrbes ad mar̃ formiæ. Cumæ. Puteoli. Neapolis. Herculaneũ. Pompei. & ipſa caput urbium Capua: quondã ĩter tres maxĩas Romam Carthaginemq; nũera. Pro hac urbe iis regionibus. P. R. Samnitas ĩuaſit: gentẽ ſi opulẽtiã

queras/ aureis & argenteis armis/diſcolori ueſte uſq; ad ambitũ
armatã Si inſidiarũ fallaciam:/ſaltibus feræ & montium fraude
graſſantẽ. Si rabiem ac furorẽ: ſacratis legibus hũaniſq; hoſtiis
ĩ exitiũ urbis agitatã: Si ptinaciã: ſexies rupto fœdere cladibuſ/
q; ipſis animoſiorẽ. Hos tñ quinq̃ginta annis p Fabios & Papi
rios patres/eorũq; liberos ita ſubegit ac domuit: ita ruina ipſas
urbiũ diruit. ut hodie Samniũ ĩ ipõ Sãnio reqrat̃. nec facile ap/
pareat materia q̃tuor & uigĩti triũphorũ. maxĩe tñ nota & illu/
ſtris ex hac gẽte clades ap̃ Caudias furcas Veturio Poſthũioq;
cõſulibus accepta eſt. clauſa. n. p inſidias intra eũ ſaltum exerci/
tu: unde nõ poſſet euadere. ſtupẽs occaſiõe tãta dux oſtiũ Pon/
tius Herennium patrẽ cõſuluit: & ille: mitteret oĩes uel occide/
ret. ſapiẽter ut ſenior ſuaſerat. Hic armis exutos mittere ſub iu/
gum maluit: ut nec amici forẽt beneficio: & poſt flagitiũ hoſtes
magis: Itaq; & conſules magnifice uoluntaria deditione turpi/
tudinem fœderis dirimunt. & ultionem flagitãs miles Papirio
duce (horribile dictu) ſubiectis enſib9 p ipãm uiã añ pugnã fuit:
& ĩ cõgreſſu arſiſſe oĩum oculos/hoſtis auctor fuit: nec prius fi/
nis cedibus datus: q̃ iugũ & hoſtib9 & duci capto repoſuerũt.

## BELLVM ETHRVSCVM & Samniticũ. TI. XVII.

H Actenus. P. R. cũ ſingulis gentiũ: mox aceruati ta/
men ſic quoq; par oĩbus: Ethruſcorũ. xii. populi in
id tempus incitati: antiqſſimus Italiæ populus Sã/
nitium: reliq in excidiũ Romani nõis repente cõ/
iurant. Erat error ingẽs: tot ſimul tantorũq; populorũ: A laterĩ
Ethruria infeſta q̃tuor agminũ ſigna uolitabãt. Ciminius iterĩ
ſaltus in medio/ante inuius/plane q̃ſi Calydõius uel Hercinius
adeo tũc terrori erat: ut ſenatus conſuli denũciaret: ne tantum
periculi ingredi auderet. Sed nihil terruit ducẽ: quin fratre pre/
miſſo exploraret acceſſus: Ille p noctẽ paſtorio habitu ſpecula/
tus omnia/refert. Tum ſic Fa. maximus periculoſiſſimũ bellum
periculo explicauit. nã ſubito inconditos atq; palantes aggreſ/

ſus eſt: captiſq; ſuperioribus iugis in ſubiectos ſuo more deto-
nuit. Ea namq; ſpecies fuit illius belli: quaſi in terrigenas e cœ-
lo ac nubibus tela mitterent: nec incruenta tamen illa uictoria:
nam oppreſſus in ſinu uallis alter cõſulum Decius/ more patrio
deuotum diis manibus obtulit caput. ſolennemq; familiæ ſuæ
conſecrationem in uictoriæ precium redegit.

## BELLVM TARENTINVM & cũ Pyrrho rege. TI. XVIII.

Equitur bellum Tarẽtinum: unum quidem titulo
S & nomine: ſed uictoria multiplex. hoc. n. Cãpanos
Apulos atq; Lucanos & caput belli Tarẽtinos: idẽ
totam Italiam: & cum iſtis omnibus Pyrrhum cla-
riſſimũ Græciæ regem una ueluti ruina pariter ĩuoluit: ut eodẽ
tempore & Italiam conſumaret & trãſmarinos triumphos au-
ſpicaretur. Tarentum ẽt Lacedemoniorũ opus/ Calabriæ quõ-
dam & Apuliæ totiuſq; Lucanie caput: Tũ magnitudine/ & mu-
ris portuq; nobili: tũ mirabili ſitu: quippe ĩ ipſis Adriatici ma-
ris faucibus poſita: in oras noſtras Hiſtriam: Illyricum: Epyrũ:
Achaiam: Africam: Siciliam uela dimittit: Iminet portui ad ꝓ-
ſpectum maris poſitum urbis theatrum: qđ quidem cauſa miſe-
ræ ciuitati fuit omnium ſuarum calamitatum. Ludos forte cele-
brabãt: cum remigantes littori Romanas claſſes inde uidẽt at-
q; hoſtem rati/ emicãt: ſine diſcrimine inſultant: qui autẽ aut un-
de: Romani nec ſatis norant: Aderat ſine mora querelam ferẽs
legatio: hanc quoq; fœdius per obſcenam turpemq; dictu con-
tumeliã uiolãt Ex hic bellũ: ſed appatus horribilis: cũ tot ſimul
populi ꝑ Tarẽtinis cõſurgerẽt oĩbuſq; uehemẽtior Pyrrhus q
ſemigrecã ex Lacedemoniis cõditoribꝰ ciuitatẽ uĩdicaturus: cũ
B totius uiribꝰ Epyri Theſſaliæ: Macedõie in cognitiſq; ĩ id tẽpꝰ
Elephãtis/ mari: terra: uiris: eqs: armis: addito ĩſup ferarũ terro-
re ueniebat: Apud Heracleã & Cãpaniæ fluuiũ Lyri Leuino cõ-
ſule: pria pugna: q tã atrox fuit: ut Ferẽtaneæ turmæ ꝑfectus ĩue-
ctus ĩ regẽ turbauerit: coegeritq; ꝓiectis ĩſignibꝰ ꝑlio excedere.

Factum erat:niſi elephanti cōuerſi in ſpectaculū belli ꝓcuriſſēt: quorum tū magnitudine: tū deformitate & nouo colore ſimul ac ſtridore cōſternati eq incognitas ſibi belluas amplius q̃ erant ſuſpicarenť: fugam ſtragēqꝫ late dederūt. In Apulia deinde apꝫ Aſculū melius dimicatum eſt Curio Fabricioqꝫ conſulibus. Iā qppe belluarū terror exoleuerat. & Caius Minutius quartæ legionis haſtatus/unius ꝓboſcide abſciſa mori poſſe beluas oſtēderat:itaqꝫ & in ipas pila cōgeſta ſunt: & ī turres uibratæ faces: tota hoſtiū agmina ardētibus ruinis operuerūt: nec alius cladi finis fuit q̃ nox dirimeret poſtrēuſqꝫ fugientiū ipe rex a Satellitibus hūero ſaucius in armis ſuis referreť. Lucāie ſuprema pugna ſub Aruſinis(quos uocāt)campis:ducibus iiſdem q ſupius Et tūc tota uictoria exitum quē datura uirtus fuit/caſus dedit. Nā ꝓductis in primā aciem rurſus elephantis: unū ex his pullū adacti in caput teli grauis ictus auertit: q cū per ſtragē ſuorum percurrens/ſtridore quereretur: mr̄ agnouit: & q̃ſi uindicatura exiluit:tū omnia circa quaſi hoſtilia graui timore permiſcuit:ac ſic cedem feræ q̃ primam uictoriā abſtulerant: ſecundā parem fecerūt:tertiā ſine cōtrouerſia tradiderē: Nec uero tantum armis & in campis: ſed cōſiliis quoqꝫ & domi & intra urbem cū rege Pyrrho dimicatum eſt. Quippe poſt priam uictoriam rex callidus intellecta uirtute Romana: ſtatim deſepauit armis:ſeqꝫ ad dolos cōtulit. Nā interēptos cremauit: captiuoſqꝫ indulgenter habuit:& ſine p̃cio reſtituit. Miſſiſqꝫ deinde legatis ī urbē/ oīm modo adnixus ē:ut ī amicitiā recipetur: Sed bello & pace/foris & domi/omnē in ꝑtem/romana uirtus tū ſe probauit: nec alias magis:q̃ Tarētina uictoria oſtendit populi romani fortitudinē ſenatus ſapientiā:ducū magnanimitatē:Qui nā illi fuerunt uiri quos ab elephantis primo p̄lio obrutos accipius/ oīum uulnera in pectore: qdam hoſtibus ſuis īmortui:oīum ī manibus enſes: & relictæ in uultibus minæ. & in ipſa morte ita uiuebat: Quod adeo Pirrhus miratus eſt:ut diceret. O q̃ facile erat orbis impiū occupare: aut mihi Romanis militibus/aut me rege Romanis. Que autem eoꝝ q ſuperfuerūt ī reparando exercitu feſtinatio! cum Pirrhus/uideo me inqt plane Herculis ſydere ꝓcreatū: cui

C

quaſi ab angue Lernæo tot cæſa hoſtiũ capita de ſanguie ſuo renaſcũt. Qui autẽ ille ſenatus fuit? cũ porãte. Ap. Cæco pulſi cũ muneribus ſuis ab urbe legati. Interrogati a rege ſuo qd de hoſtium ſede ſentirent? Vrbẽ templum ſibi uiſum: Senatũ regnum eſſe cõfiterent. Quales porro ip̃i duces, uel in caſtris? cum medicum uenale regis Pyrrhi caput afferentẽ Cu. remiſit. Fabricius oblatã ſibi a rege imperii ptem repudiauit: uel in pace, cum Cu. fictilia ſua Samnitico pferret auro. Fabri. decẽ pondo argenti: circa Ruffinum cõſularem uirũ: q̃ſi luxuriam cẽſoria grauitate damnaret. Quis ergo miret̃ his moribus, uirtute militũ, uictorem populũ Romanũ fuiſſe? unoq; bello Tarentino intra q̃driennium maximã ptẽ Italiæ: fortiſsimas gẽtes: opulentiſsimas urbes: uberrimaſq; regiões in deditionẽ redigiſſe: Aut quid adeo fidem ſupet? quoniã ſi principia belli cum exitu conferant̃ Victor prio prelio Pyrrhus totã trementẽ Italiam: Cãpaniam. Lyrin. Fregellaſq; populatus: ppe captam urbẽ a Preneſtina arce proſpexit: & a uigeſimo lapide oculos trepidæ ciuitatis fumo ac puluere ipleuit. Eodem poſtea bis exuto caſtris: bis ſaucio, & in Græciam ſuã tranſmare ac terras fugato: pax & quies & tanta adeo de opulẽtiſsimis tot gẽtibus ſpolia: ut uictoriã ſuam Roma nõ caperet. Nec. n. ullus pulchrior in urbe aut ſpecioſior triumphus ĩtrauit. Ante hunc diẽ nihil niſi pecora Volſcoꝝ: Greges Sabinorum: carpẽta Gallorũ: fracta Sannitum arma uidiſſet. Tũ ſi captiuos aſpiceres. Moloſſi: Theſſali Macedones. Brutius. Apulus. atq; Luc. Si pompas: aurũ: purpura: ſigna. tabulæ Tarẽtinæq; delitiæ. Sed nihil libẽtius populus Romanus aſpexit: quã illas quas timuerat cũ turribus ſuis beluas. q̃ nõ ſine ſenſu captiuitatis, ſũmiſſis ceruicibus uictores equos ſequebant̃.

## BELLVM PICENTE. TI. XVIIII.

O Mnis mox Italia pacẽ habuit. qd. n. poſt Tarẽtum auderet: niſi q; ultro pſeq ſocios hoſtiũ placuit. Domiti hic picẽtes: ſed Caput gẽtis Aſculũ Semprõio duce: q tremẽte iter pliũ cãpo Tellurẽ deã pmiſſa æde placauit.

## BELLVM SALENTINVM. TI. XX.

S Alentini Picentibus additi: caputq; regionis Brũdusium inclyto portu. M. Attilio duce/ & ĩ hoc certamine uictoriæ precium templum ſibi paſtoria Pales ultro popoſcit.

## BELLVM VOLSINENSE. TI. XXI.

P Oſtremi Italicorũ in fide manſere Volſini opulẽtiſſimi Ethruſcoꝝ. implorãtes opem aduerſus ſeruos quondam ſuos: qui libertatẽ a dominis datam in ipſos erexerãt: tranſlataq; in ſe republica dominabãt. Sed hi quoq; duce Fabio Gurgite pœnas dederunt.

## DE SEDICIONIBVS. TI. XXII.

H Aec eſt ſecũda ætas. P.R. & quaſi adoleſcentia qua maxĩe uiruit: & quodam flore uirtutis exarſit ac fremuit. Itaq; quedã adhuc ex paſtoribꝰ feritas/ qddã ſpirabat indomitũ. Inde eſt quod exercitus Poſthumium imperatorẽ inficiantem quas promiſerat prædas facta ĩ caſtris ſeditiõe lapidauit: Quod ſub Appio Claudio noluit uincere hoſtem: cum poſſet: Quod duce Volerone detractantibus plæriſq; militiã/ fracti cõſulis faſces. Inde q; clariſſimos principes q; aduerſarentur uoluntati ſue exulatiõe mulctauit: Vt Coriolanum colere agros iubentem: nec minus ille ferociter ĩiuriã armis uindicaſſet: niſi q; iam inferentẽ ſigna filium/ mater Veturia lachrymis ſuis exarmauit. Vt ipſum Camillum/ q; inique inter plæbem & exercitum diuiſiſſe Veientẽ predam uideretur: Sed hic melior/obſeſsis in capta urbe cõſuluit: & mox ſupplices de hoſte Gallo uindicauit. Cum ſenato quoq; de equo bonoq; certatum eſt/adeo ut relictis ſedibus ſolitudinẽ & interitum patrie ſuæ minarentur.

Volerone Liuio l. ii.

## PRIMA VRBIS DISCORDIA. TI. XXIII.

PRima diſcordia ob ĩpotentiam fœneratoꝝ: quibus in terga quoqꝫ ſeruiliter ſeuiẽtibus: ĩ ſacrum montem plebs armata ſeceſsit. egreqꝫ/ nec niſi tribunos impetraſset/ Menenii Aggrippe facũdi & ſapientis uiri auctoritate reuocata eſt. Extat orationis antique ſatis efficax ad concordiã fabula/ q̄ diſsediſse inter ſe quondam humanos dixit artus: ꝙ omnibus ope fungentibus ſolus uenter ĩmunis ageret: deinde moribũdos a ſeiunctiõe rediſſe ĩ gratiã: quãdo ſenſiſſent: ꝙ eius opa/ redactis ĩ ſanguinẽ cibis irrigarent.

## SECVNDA VRBIS DISCOR. TI. XXIIII.

SEcundam ĩ urbe decemuiratus libido conflauit: allatas a Grecia leges decem principes/ lecti/ iubente populo conſcripſerant: ordinataqꝫ erat in. xii. tabulis tota iuſtitia. Cum tñ traditos faſces regio quodam furore retinebãt. Ante cæteros. Ap. eo inſolentie elatus ẽ ut ingenuã uirginem ſtupro deſtinaret: oblitus & Lucretiæ & Regum & Iuris qđ ipſe cõpoſuerat. Itaqꝫ cum oppreſſam iudicio filiam thrahi ĩ ſeruitutem uideret Virginius pater: nihil cũctatus ĩ medio foro manu ſua interfecit: admotiſqꝫ ſignis commilitonum/ totam eam damnationẽ obſeſsam armis ĩ carcerẽ & cathenas ab Auentino monte detraxit.

## TERTIA VRBIS DISCORDIA. TI. XXV.

TErtiam ſeditionem excitauit matrimoniorum indignitas: ut plæbei cum patriciis iungerentur: qui tumultus ĩ monte Ianiculo duce Canuleio Tribuno plæbis exarſit.

## QVARTA VRB. DISCOR. TI. XXVI.

Q Vuartam/ honorũ cupido: ut plæbei quoq; magi-
ſtratus crearent̃. Fabius Ambuſtus duaꝝ pſ: alterã
Sulpitio patritii ſanguinis dederat: alterã plæbeio
Stoloni: Quæ quodã tpe ꝗ lictoriæ uirgæ ſonũ ig-
notum penatibus ſuis/ expauerat/ a ſorore ſatis inſolenter irriſa
iniuriam nõ tulit. Itaq; nactus tribunatũ: honorũ/ & magiſtra-
tuũ conſortiũ/ quis inuito ſenatui extorſit. Verũ in his ipſis ſe-
ditõibus pricipem populũ nec ĩmerito ſuſpexſeris: ſiqdem nũc
libertatem: nũc pudicitiam tũ natalium dignitatẽ: honoꝝ deco
ra & inſignia uidicauit. Inter oĩa hec/ nullius acrior cuſtos quã
libertatis fuit. Nullaq; in ꝑcium eius potuit largitione corrũpi:
cum ut ĩ magno & in dies maiore populo iterim ꝑnicioſi ciues
exiſterent. Sp. Caſsium agraria lege: Melium largitione ſuſpe-
ctum Regiæ dominatiõis ꝑſenti morte mulctauit. Ac de Spu-
rio quidẽ ſupplicium pater ipſius ſumpſit. Hunc Quĩtii dictato
ris imperio ĩ medio foro magiſter equitũ Seruilius Hala cõfo-
dit. Manliũ uero capitolii uindicẽ: ꝗa plærosq; debitorũ libera-
uerat: altius ſe & inciuilius efferentẽ: ab illa quã defenderat/ arce
deiecit. Talis domi ac foris: talis pace belloq; .P.R (ſtatum illũ
adoleſcentię.i.ſecundã impũi ætatem habuit: in qua totam in-
A.l. fretum ter alpes fretũq; Italiam armis ſubegit.)
illub.

## LVCII FLORI EPITOMA-
## tis liber ſecundus Titulus. I.

D Omita ſubactaq; Italia. P.R. ꝓpe quingẽteſimum
annũ agens: cũ bona fide adoleuiſſet/ ſi qđ ẽ robur
ſi qua iuuentus: tum ille uere robuſtus & iuuenis &
par orbi terrarũ eſſe cœpit. Itaq; mirũ & ĩcredibile
dictu: q ꝓpe quingẽtis annis domi luctatus ẽ: adeo difficile fu-
erat dare Italiæ caput His ducẽtis annis q ſequnt̃: Africã: Euro
pam: Aſiã: totũ deniq; orbẽ terraꝝ bellis uictoriiſq; ꝑagrauit.